



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LII. De dono consilij, auod respondet prudentię.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Vtrum consilium debeat poni inter dona Spiritus sancti :

AD PRIMVM sic proceditur . Videtur , quod consilium non debeat poni inter dona Spiritus sancti : Dona enim Spiritus sancti adiutorium virtutum dantur , ut patet per Gregor. * in 2. Moral. sed ad consiliandum homo sufficienter perficitur per virtutem prudentiam , vel etiam eubuliam , ut ex dicitis patet . ergo consilium non debet poni inter dona Spiritus sancti .

3. dist. 35. q. 2. artic. 4. q. 1. mora. cap. 36. ante mod. 19. 47. & 51. art. 1. & 2.

B 2. Præter . Hæc videtur esse differentia inter septem dona Spiritus sancti , & gratias gratis datas , quod gratia gratis data non datur omnibus , sed distribuitur diuersis : dona autem Spiritus sancti dantur omnibus habentibus Spiritum sanctum : sed consilium videtur esse de his , quæ specialiter aliquibus a Spiritu sancto dantur , secundum illud 1. Machab. 2. Ecce Simon frater vester , ipse vir consilij est . ergo consilium magis debet poni inter gratias gratis datas , quàm inter septem dona Spiritus sancti .

¶ 3. Præter . Rom. 8. dicitur . Qui spiritu Dei aguntur , hi filij Dei sunt : sed his , qui ab alio aguntur , non competit consilium . cum ergo dona Spiritus sancti maxime competant filiis Dei , qui acceperunt spiritum adoptionis filiorum , videtur quod consilium inter septem dona Spiritus sancti poni non debeat .

C SED CONTRA est , quod Isa. 11. dicitur . Requiescet super eum spiritus consilij , & fortitudinis .

RESPON. Dicendum , quod dona Spiritus sancti , ut supra dictum * est , sunt quædam dispositiones , quibus anima redditur bene mobilis a Spiritu sancto . Deus autem mouet vnumquodque secundum modum eius , quod mouetur , sicut creaturam corporalem mouet per tempus , & locum : creaturam autem spirituales per tempus , & non per locum , ut August. dicit in 8. super * Gen. ad literam . Est autem proprium rationali creaturæ , quod per inquisitionem rationis moueatur ad aliquid agendum , quæ quidem inquisitio consilium dicitur . Et ideo Spiritus sanctus dicitur per modum consilij creaturam rationalem mouere : & propter hoc consilium ponitur inter dona Spiritus sancti .

i. s. q. 68. ar. 1.

l. i. s. c. 11. r. 10. mo. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum , quod prudentia , uel eubulia siue sit acquisita , siue sit infusa , dirigit hominem in inquisitione consilij , secundum ea , quæ ratio comprehendere potest : unde hõ per prudentiam , uel eubuliam fit bene cõsilians vel sibi , vel alij . Sed quia humana ratio non potest comprehendere singularia , & contingentia , quæ occurrere possunt , fit quod cogitationes mortalium sunt timidae , & incertæ prouidentie nostræ , ut dicit Sap. 9. Ideo indiget homo in inquisitione consilij dirigi a Deo , qui omnia cõprehendit , quod fit per donum consilij , per quod homo dirigitur , quasi consilio a Deo accepto . Sicut etiam in rebus humanis , qui sibiipsis non sufficiunt in inquisitione consilij , a sapientioribus consilium requirunt .

AD SECVNDVM dicendum , quod hoc potest pertinere ad gratiam gratis datam , quod aliquis ita sit boni consilij , quod aliis cõsiliium præbeat : sed quod aliquis a Deo consilium habeat , quid fieri oporteat in his , quæ sunt necessaria ad salutem , hoc est commune omnium sanctorum .

AD TERTIVM dicendum , quod filij Dei aguntur a Spiritu sancto secundum modum cordi , saluato . s. libero arbitrio , quæ est facultas voluntatis , & rationis . Et sic inquantum ratio a Spiritu sancto mouetur , uel instruitur de agendis , competit filiis Dei donum consilij .

Secunda Secundæ S. Thomæ. Q. 4. Super

principis suis , & proxima dispositione , quamuis exercitum gnomes non ita reum sit : quoniam & in materia illius etiam priuatis personis plures accidunt in recompensatione bonorum , quæ non possunt aliter recuperare : facientes sibiipsis iniuriam , ut fecerunt filij Israel , petentes manum ab Aegypcio oppressoribus suis , quamuis hoc diuina etiam fecerint authoritate . Et in materia temperantiae præter communes regulas corpus incolumem subiacentes mentis pluries occurrunt propter occurrentem finem et cum corporis dispendio abstinere , ut in actibus lectionis , sermonis uelocis , requiescentis necessitate , seruicij mirramorum , & numerorum . Et per hæc patet responsio ad obiecta , quæ scilicet est virtus acquisita , & quomodo acquiritur .

AD PRIMVM ergo dicendum , quod synesis est vere iudicatiua de omnibus , quæ secundum cões regulas sunt : sed præter communes regulas sunt quædam alia iudicanda , ut iam dictum * est .

AD SECVNDVM dicendum , quod iudicium dicitur sumi ex principiis proprijs rei : inquisitio autem fit et per cõia . Vnde et in speculatiuis dialecticis , quæ est inquisitiua , procedit ex communibus : demonstratiua autem , quæ est iudicatiua , procedit ex proprijs . Et ideo eubulia , ad quam pertinet inquisitio consilij , est vna de omnibus , non autem synesis , quæ est iudicatiua . Præceptum autem respicit in omnibus vnam rationem boni : & ideo etiam prudentia non est nisi vna .

AD TERTIVM dicendum , quod omnia illa , quæ præter cõem cursum cõtingere possunt , cõsiderare pertinet ad solam prouidentiam diuinam : sed inter homines ille , qui est magis perspicax , potest plura horum sua ratione diiudicare . Et ad hoc pertinet gnome , quæ importat quandam perspicacitatem iudicij .

QVAESTIO LII.

De dono consilij , in quatuor articulis diuisa .

POSTEA considerandum est de dono consilij , quod respondet prudentiæ .

ET circa hoc quaeruntur quatuor .

¶ Primo , Vtrum consilium debeat poni inter septem dona Spiritus sancti .

¶ Secundo , Vtrum donum consilij respondeat virtuti prudentiæ .

¶ Tertio , Vtrum donum consilij maneat in patria .

¶ Quarto , Vtrum quinta beatitudo , quæ est , Beati misericordes &c. respondeat dono consilij .

Super Questionis quinquagesimasecundæ Articulum primum .

In 1. q. 52. aduer. 1. te. q. bonum consilij ab eubulia et acquisita , quam infusa non solum differt secūdm cõem differentiam doni a virtute , quæ pertinet ad aliõ modo ad superiorem operanda , sed etiam propter rationem , quia eubulia est recte consiliatiua actiue : donum autem consilij est recte consiliatiua passiuæ , quod ad ipsam acquisitionem consilij , ut in responsione ad primũ dicitur , quamuis acceptum iam consilium actiue dirigat : in sequenti articulo in responsione ad vltimum dicitur .

¶ Super Questionis quinquagesime secundae articulum secundum.

¶ Vtrum donum consilij respondeat virtuti prudentiae.

q. dist. 34 q. 1. art. 2. cor. Et dist. 35. q. 2. art. 1. q. 1. art. 1. cor.

* Cap. 7. inter medi. & finem illius. ¶ 1. 2. q. 68. art. 8.

¶ 9. art. 3.

¶ 17. art. 8. ¶ Art. praec.

Art. praec.

Art. praec. & 1. 2. q. 68. art. 1.

Dist. 4.

In articulo 2. aduerte, quod dona aliter respondent virtuti theologicae, & aliter virtuti moralis. Nam dona medium tenent locum inter theologicas, & morales virtutes: sunt enim nobiliora moralibus: sed theologicae sunt nobiliores ipsis, ut ex supradictis patet: & propterea theologicas virtutibus respondent quasi organa, moralibus autem quasi forma. Et ad hoc insinuandum author in tractatu hic de prudentia, quae primum tenet in moralibus locum, assignando eidem donum, non concludit, quod respondet prudentiae simpliciter, & absolute: sed addidit, sicut adiuuans, & perficiens.

¶ 3. Præ. Ad prudentiam proprie pertinet dirigere, vt supra habitum est: sed ad donum consilij pertinet, quod homo dirigatur a Deo, sicut dictum est. Ergo donum consilij non pertinet ad virtutem prudentiam.

SED CONTRA est, quia donum consilij est circa ea, quae sunt agenda propter finem: sed circa haec est etiam prudentia, ergo sibi inuicem correspondent.

RESPON. Dicendum, quod principium motuum inferiorum adiuuatur a principio, & perficitur per hoc, quod mouetur a superiori motu principio, sicut corpus in hoc, quod mouetur a spiritu. Manifestum est autem, quod rectitudo rationis humanae comparatur ad rationem diuinam, sicut principium motuum inferiorum, quod mouetur ad superius, & refertur in ipsum. Ratio. n. aeterna est suprema regula omnis humanae rectitudinis. Et ideo prudentia, quae importat rationis rectitudinem, maxime perficitur, & iuuatur secundum quod regulatur, & mouetur a Spiritu sancto: quod pertinet ad donum consilij, ut dictum est. Vnde donum consilij respondet prudentiae, sicut ipsam adiuuans, & perficiens.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iudicare & praecipere non est motus, sed mouentis. Et quia in donis Spiritu sancti mens humana non se habet, vt mouens, sed magis vt mota, vt supra dictum est, inde est, quod non fuit conueniens, quod donum correspondens prudentiae, praecipuum diceretur, vel iudicium, sed consilium, per quod potest significari motus mentis consiliatae ab alio consiliante.

AD SECUNDUM dicendum, quod scientia donum non directe respondet prudentiae, cum sit in speculatiuis, sed secundum quandam extensionem eam adiuuat. Donum autem consilij directe respondet prudentiae, sicut circa eadem existens.

AD TERTIUM dicendum, quod mouens motum ex hoc, quod mouetur, mouet. Vnde mens humana ex hoc ipso, quod dirigitur a Spiritu sancto, fit potens dirigere se, & alios.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod donum consilij non respondeat conuenienter virtuti prudentiae. Inferius enim in suo supremo attingit id, quod est superius, vt patet per Dion. 7. cap. de * Diu. nom. sicut homo attingit angelum secundum intellectum: sed virtus cardinalis est inferior donum, vt supra habitum est. Cum ergo consilium sit primum, & infimus actus prudentiae, supremus autem actus eius est percipere, medius autem iudicare, vt quod donum respondens prudentiae non sit consilium, sed magis iudicium, vel praecipuum.

¶ 2. Præ. Vni virtuti sufficienter auxilium praeberetur per vnum donum, quia quanto aliquid est superius, tanto est magis vniu, vt probatur in lib. de Caus. sed prudentiae auxilium praeberetur per donum scientiae, quae non solum est speculatiua, sed etiam practica, vt supra habitum est. Ergo donum consilij non respondet virtuti prudentiae.

¶ 3. Præ. In patria sancti maxime Deo conformatur, secundum illud 1. Ioan. 3. Cum apparuit, similes ei erimus: sed Deo non conuenit consilium, secundum illud Ro. 11. Quis consiliarius eius fuit? Ergo etiam neque sanctis in patria competit donum consilij.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in vniu. sciuiusq. gentis vel culpa, vel infirmitate consilij dicitur, eiusdem generis proprio tinnuisse in certamine vel non obtinuisse.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in Spiritu sancti ad hoc pertinet, quod operationalis moueatur Deo. Circa motum humanae mentis a Deo, duo consilium mouent, quod alia est dispositio mouetur, dum mouetur, & alia est motus. Et quidem quando mouens est superior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum. Et quidem quando mouens est inferior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum. Et quidem quando mouens est inferior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in Spiritu sancti ad hoc pertinet, quod operationalis moueatur Deo. Circa motum humanae mentis a Deo, duo consilium mouent, quod alia est dispositio mouetur, dum mouetur, & alia est motus. Et quidem quando mouens est superior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum. Et quidem quando mouens est inferior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod donum consilij non maneat in patria. Consilium enim est eorum, quae sunt agenda propter finem: sed in patria nihil erit agendum propter finem, quia ibi homines vltimo fine potent. Ergo in patria non erit consilium. ¶ 2. Præ. Consilium in patria non erit agendum propter finem, quia ibi homines vltimo fine potent. Ergo in patria non erit consilium.

¶ 3. Præ. In patria sancti maxime Deo conformatur, secundum illud 1. Ioan. 3. Cum apparuit, similes ei erimus: sed Deo non conuenit consilium, secundum illud Ro. 11. Quis consiliarius eius fuit? Ergo etiam neque sanctis in patria competit donum consilij.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in vniu. sciuiusq. gentis vel culpa, vel infirmitate consilij dicitur, eiusdem generis proprio tinnuisse in certamine vel non obtinuisse. ¶ 2. Præ. In patria sancti maxime Deo conformatur, secundum illud 1. Ioan. 3. Cum apparuit, similes ei erimus: sed Deo non conuenit consilium, secundum illud Ro. 11. Quis consiliarius eius fuit? Ergo etiam neque sanctis in patria competit donum consilij.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in Spiritu sancti ad hoc pertinet, quod operationalis moueatur Deo. Circa motum humanae mentis a Deo, duo consilium mouent, quod alia est dispositio mouetur, dum mouetur, & alia est motus. Et quidem quando mouens est superior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum. Et quidem quando mouens est inferior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in Spiritu sancti ad hoc pertinet, quod operationalis moueatur Deo. Circa motum humanae mentis a Deo, duo consilium mouent, quod alia est dispositio mouetur, dum mouetur, & alia est motus. Et quidem quando mouens est superior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum. Et quidem quando mouens est inferior mouendi, cessante motu cessat motus super mobile, quod iam peruenit ad terminum.

consilij est in beatis, in quantum in eis a Deo continetur cognitio eorum, quae sciunt, & in quantum illuminantur de his, quae nesciunt circa agenda.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod etiam in beatis sunt aliqui actus ordinati ad finem, vel quasi procedentes ex consecutione finis: sicut quod Deum laudant, vel quibus alios pertrahunt ad finem, quem ipsi sunt consecuti, sicut sunt ministeria angelorum, & orationes sanctorum. Et quantum ad hoc habet in eis locum donum consilij.

AD SECUNDUM dicendum, quod dubitatio pertinet ad consilium secundum statum vitae praesentis, non autem pertinet secundum quod est consilium in patria: sicut etiam uirtutes Cardinales non habent omnino eodem actus in patria, & in uia.

AD TERTIUM dicendum, quod consilium non est in Deo sicut in recipiente, sed sicut in dante. Hoc autem modo conformantur Deo sancti in patria, sicut recipiens influenti.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quinta beatitudo, quae est de misericordia, respondeat dono consilij.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod quinta beatitudo, quae est de misericordia, non respondeat dono consilij. Omnes enim beatitudines sunt quidam actus uirtutum, ut supra habitum * est: sed per consilium in omnibus uirtutum actibus diriguntur, ergo consilio non respondet magis quinta beatitudo, quam alia.

¶ 2 Praet. Praecepta dantur de his, quae sunt de necessitate salutis: consilium autem datur de his, quae non sunt de necessitate salutis: misericordia autem est de necessitate salutis, secundum illud Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam. Paupertas autem non est de necessitate salutis, sed pertinet ad perfectionem uitae, ut patet Matth. 19. Ergo dono consilij magis respondeat beatitudo paupertatis, quam beatitudo misericordiae.

¶ 3 Praet. Fructus consequuntur ad beatitudines: im portant enim delectationem quandam spiritualem, quae consequitur perfectos actus uirtutum: sed inter actus non ponitur aliquid respondens dono consilij, ut patet Galat. 5. Ergo etiam beatitudo misericordiae non respondet dono consilij.

SED CONTRA est, quod August. dicit in lib. * de Sermone Domini in monte. Consilium conuenit misericordibus: quia unicum remedium est de tantis malis cruci, dimittere alijs, & dare.

RESPON. Dicendum, quod consilium proprie est de his, quae sunt utilia ad finem. Unde ea, quae maxime sunt utilia ad finem, maxime debent correspondere dono consilij. Hoc autem est misericordia, secundum illud 1. ad Timot. 4. Pietas ad omnia utilis est: & ideo specialiter dono consilij respondet beatitudo misericordiae, non sicut elicenti, sed sicut dirigenti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod etsi consilium dirigat in omnibus actibus uirtutum, specialiter tamen dirigat in operibus misericordiae, ratione iam * dicta.

AD SECUNDUM dicendum, quod consilium, secundum quod est donum Spiritus sancti, dirigat nos in omnibus, quae ordinantur in finem uitae eterne, siue sint de necessitate salutis, siue non: & tamen non omne opus misericordiae est de necessitate salutis.

AD TERTIUM dicendum, quod fructus importat quidem ultimum. In practicis autem non est ultimum in cognitione, sed in operatione, quae est finis: & ideo inter fru-

ctus nihil ponitur, quod pertineat ad cognitionem practica, sed solum ea, quae pertinent ad operationes, in quibus cognitio practica dirigit, inter quae ponitur bonitas, & benignitas, quae respondet misericordiae.

QVAESTIO LIII.

De Vitijs prudentie oppositis, in sex articulos diuisa.

¶ Super Quaestio. quinquagesimertia articulum primum.

OSTENDE considerandum est de vitijs oppositis prudentiae. Dicitur n. August. in 4. contra Iulianum, quod omnibus virtutibus non solum sunt vitia manifesta discretionem contraria, sicut prudentie temeritas: uerum etiam vitia quodammodo, nec ueritate, sed quadam specie fallente similia, sicut ipsi prudentiae astutia. Primum ergo considerandum est de vitijs, quae manifeste contrarietatem habent ad prudentiam, quae vitia proueniunt ex defectu prudentie, vel eorum, quae ad prudentiam requiruntur. Secundo, de vitijs quae habent quandam similitudinem fallam cum prudentia, quae contingunt per abusum eorum, quae ad prudentiam requiruntur.

¶ Quia uero sollicitudo ad prudentiam pertinet, circa primum consideranda sunt duo: Primum quidem, de imprudentia: secundo, de negligentia, quae sollicitudini opponitur.

CIRCA primum queruntur sex. ¶ Primo, De imprudentia, Vtrum sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum sit speciale peccatum.

¶ Tertio, De praecipitatione, siue temeritate.

¶ Quarto, De inconsideratione.

¶ Quinto, De inconstantia.

¶ Sexto, De origine horum vitiorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum imprudentia sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. Vtrum imprudentia non sit peccatum. Omne n. peccatum est voluntarium, ut Aug. * dicit: imprudentia autem non est aliquid voluntarium: nullus enim uult esse imprudens, ergo imprudentia non est peccatum.

¶ 2 Praet. Nullum peccatum nascitur cum homine, nisi originale: sed imprudentia nascitur cum homine, unde & iuuenes imprudens sunt: nec est originale peccatum, quod opponitur originali iustitiae, ergo imprudentia non est peccatum.

¶ 3 Praet. Omne peccatum per pe-

IN quaest. 53. articulum primum, dubium occurrit, An imprudentia prauitiae sit separabilis ab imprudentia contrariae. Et est ratio dubij pro parte negatiua quidem, quia sequeretur cuilibet uirtuti moralis opponi peccatum non solum declinando in contraria uicia, sed in prauitiae oppositum. Par enim est ratio de prudentia, & alijs uirtutibus moralibus. Consequens autem est falsum: quia omnis in temperatus in excessum, aut defectum declinat, & sic de alijs. ¶ Praeterea. Carens in actu suo prudentia, quam debet habere, non minus in contrarium prudentie incurrit, quam carens modestia, quam debet habere, incurrit contrarium modestiae, & sic de alijs. non est igitur separabilis imprudentia prauitiae ab imprudentia contrariae.

¶ Pro parte uero affirmatiua, quia minus requiritur ad prauitiam, quam contrarium, cum quasi forma positua sit, contingitque imprudente se hominem habere absque omni actu, ut patet cum potest, & debet consilij, & non consilij.

¶ Praeterea. Imprudentia prauitiae est peccatum ex ratione negligentiae, sicut ceterae prauitiae bonorum debitorum: imprudentia autem contrariae, est peccatum ex propria ratione imprudentie, ut in litera dicitur, ergo non coincidunt, sed separantur. Probatur sequela, quia si coinciderent, sequeretur, quod etiam imprudens prauitiae peccaret secundum propriam rationem imprudentiae, & non solum secundum rationem negligentiae.

Lib. de uera relig. ca. 14. tom. 7.

¶ Ad